



Occasionalia VI-183
potissimum Carmina
vol. 2^o
P-V

VI-183-

94
CARMINA GRATULATORIA,
RECTORE ACAD. WITTENB.
MAGNIFICO,
VIRO

Præ-Nobilissimo, Excellentissimo Consultissimo,
DOMINO

GODOFRED. *S*Strauß / J.U.D.

Potentiff. Regis Polon. & Electoris Sax. in supremo
Appellat. Judicio Dresd. nec non Sereniff. Principis Anhalt.
Serveff. Confiliario Aulico, Curiaë Provinc. & Con-
sist. Eccles. Alleffore, Decretal. in hac Academ. Prof. Publ.
atque Facult. Jurid. Ordinario ac Seniore,

Et
DECANO FACULT. PHIL. MAXIME SPECTABILI,
VIRO

Præ-Nobili, Excellentissimo, Amplissimo,

**DN. GEORG. FRIEDE-
RICO SCHROEERO,**

Log. & Metaph. P. P. longe Celeberrimo

In gratiam

CONRADI *S*Schultes /

Ulma-Suevi, S.S. Theol. Stud.

In

Celeberrima Saxonum Academia
WITTENBERGENSI,

Die 13. Octobr. Anno 1701.

GRADUM MAGISTERII

nanciscentis,

pangebantur

**DNN. PRÆCEPTORIBUS, FAUTORIBUS
ATQVE AMICIS.**



WITTENBERGÆ,

Typis MARTINI SCHULTZII, Acad. Typogr.



Caprar doctorum SCHULTES plaudente Senatu,
 Fertque *Magisterii premia digna novi* :
 Hinc merito gaudens ipsi nūq̄ grator honores;
 Quis jungat clemens prospera quaque Deus!

Johannes Deutschnann/D.

Premia Virtutum meritis penduntur : Et isthæc
 In caput inque sinum condit Apollo Tuum.

Gratulabundus, una cum Voto pio de novis honoribus Ma-
 gisterii Dn. Cunrado Schultesio scribebat

Phil. Lud. Hannekenius, D.

Quam Tua nunc pietas lauro redimita triumphet,
 Et capiat studis digna bræbea suis:
 Gratulor ex animo; spes meliora futuro

Tempore, quæ meritis Fata benigna dabunt.

Georg. Frid. Schreer,

Ord. Phil. Decanus,

Pectore non feci Doctarum sacra sororum
 Qui colit, hunc tandem premia tanta manent.
 Accipe propterea quas præbet Apollo coronas,
 Serta TIBI posthæc splendidiora dabit.

Joh. Christoph. Wichmannshausen,

L. L. O. O. Prof. P.

Qui bene virtutes inceras sevit & artes,
 Colligit autumnus ille sementa sua.
 Nimirum laurum, signum deportat honoris.
 Quo ornatus circa tempora docta nitet.
 Hinc Tibi, mi Fautor, quod tradit Apollinis artus
 Gratulor, ut prosit laudibus hocce tuis.

J. B. Wernher, D.

ULMA Tibi SCHULTES, dedit in cunabula nato:
 Accipis a patria, reddis & ipse, decus.

Paucis verbis prolixum affectum Auditori
 solertissimo, doctissimoque proba-
 turus adjecit

G. Werndorfus, Th. D. &


R. P. E.

Irende

Prende tuis meritis dignissima praemia, prende,
Atque tuis studiis parta brabea cape.
Candidus applaudo, bonitarem Numinis urgens,
Hosce tuos titulos augeat atque beet.

*Dottissimi Dn. SCHULTESTII, Amici estimatissimi, Ho-
noribus in Philosophia Summis L.M. 2
dabat*


M. Jo. Hieronymus de Wedig,
Ecclesiastes.



Haec est summa mei titulis quod consecro voti
Nominibusque Tuis, Fautor amande, norvis,
Quot foliis calvae turgent hoc tempore sylvae;
Tot mancant Musas praemia certa Tuas.


*Cl. Magistro recens creato Auditori suo percilectio
ex animo gratul.*

M. G. Schönig Fac. Phil. Adj.



Dum Te, dumque Tuas dotes nunc laudibus ornant,
Major honor cuncto est teste mihi iste recens,
Sit felix, aliumque trahat, det fructus amoenos,
Id quod sincero corde manuque precor.

M. Gottlob Timaeus, Ord.
Phil. Adj.



Nunc Bacchus dulces fructus decerpit in ulmis
Atque suos botros colligit ipse manu.
Sic collegisti, mi Fautor, dulcia vima,
Quis Tibi lenimen dulce parare potes.
Felix nunc pulchros Pbæbi nunc accipe honores,
Atque meum votum tale perenne manet.

*Hæc paucula Nobilissimo atque pereximio
Dn. Candidato apponere debuit,
voluit*

M. Joh. Georg. Hepp,
P.C.L.

Antum

Aurum Cræsus amet, tectoque nitente su-
perbi;

Domitiane, tuo.

Despument rutilas dives Pactolus arenas

Auricolorque Tagus.

Ipsa suis malis Pomona superbiat auri.

Fata secunda favent

His nunquam rebus, ludunt cum talibus illa.

Gaza TIBI melior:

Nam Virtus fati domitrix & nescia busti,

Cui Tua Musa studet,

En! Præclare, suis cingit Tua tempora sertis.

Præmia digna videns

Gestit Amicorum, Dilecte, corona Tuorum

Addere vota sua

Votis, ac optat, summa virtute renidens

Floreat hocce decus!

Floreat hocce decus! Supremus cœpta secundet!

Floreat hocce decus.

Hæc observantiam suam erga Nobiliss. & Præclar.

Dn. Magist. contestaturi, meliori, quam
arte, animo adjiciebant gratulabundi

Dnn. COMMENSALES.



Ang. II 183

KD 18
KD 17

CARMINA GRATULATORIA,
^{Quae}
RECTORE ACAD. WITTENB.
MAGNIFICO,
VIRO
Præ Nobilissimo, Excellentissimo Consultissimo,
DOMINO

FRED. *Strauß* / J.U.D.

Colon. & Electoris Sax. in supremo
resd. nec non Sereniss. Principis Anhalt.
rio Aulico, Curiae Provinc. & Con-
lore, Decretal. in hac Academ. Prof. Publ.
Facult. Jurid. Ordinario ac Seniore,

^{Et}
LT. PHIL. MAXIME SPECTABILI,
VIRO

, Excellentissimo, Amplissimo,
ORG. FRIEDE-
SCHROEERO,
taph. P. P. longe Celebrerrimo

In gratiam
ADI *Schultes* /

Suevi, S.S. Theol. Stud.

In
ma Saxonum Academia
TTENBERGENSI,

Die 13. Octobr. Anno 1701.
M MAGISTERII

nanciscendis,
pangebantur

DNN. PRÆCEPTORIBUS, FAUTORIBUS
ATQVE AMICIS.



WITTENBERGÆ,
Typis MARTINI SCHULTZII, Acad. Typogr.

